

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5488

Auteur(s) : Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Algare, Coutances (évêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1134

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Henri [Ier] fait savoir que les chanoines de Cherbourg, et en particulier Onfroy d'Angerville, ont rendu à l'église de Coutances et à l'évêque Algare l'église Notre-Dame d'Aurigny. L'église de Coutances a présenté à la cour royale pour défendre ses droits un acte du père d'Henri [Guillaume le Conquérant] qui a été jugé supérieur à un acte présenté par les chanoines de Cherbourg. Algare consent à ce que Onfroy tienne encore cette église de son vivant, mais sans en faire une prébende et sans que cette église ne doive quelque chose aux chanoines de Cherbourg.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dupont Gustave, *Histoire du Cotentin et de ses îles*, Caen, Le Blanc-Hardel, 1870, 4 vol., t. 1, p. 472-473.
- b. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 289, p. 429-430.

Dissertation critique

v. st.

Texte établi d'après b

Henricus, rex Anglorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, vicecomitibus, baronibus et omnibus filiis sancte Ecclesie per Normanniam constitutis, salutem. Sciatis quod, in presencia mea et omnium subscriptorum audiencium, reddiderunt canonici de Cezariburgo et nominatim Unfridus [de] Ausgervilla ecclesiam Sancte Marie de insula Aurenoii, cum quatuor boum terra, ecclesie Constanciensi et episcopo Algaro et successoribus suis, quietam et absolut[am ab] omni calumpnia ecclesie de Cezariburgo et canonicorum et ipsius Unfridi qui tunc temporis [ipsam] injuste tenebat tanquam illam que de jure Constanciensis erat ecclesie ab antiquo, sicut carta patris mei quam habeat contestabatur, unde quoque [canonici Ce]zariburgi cartam, que communi consideratione curie mee et eorum qui [affuerunt] cassata et falsata fuit, in medium protulerunt. Quare volo et firmiter pr[ecipio] quod ecclesia illa cum omnibus juribus pertinentibus quietam remaneat ecclesie Constanciensi et episcopo et nunc et in sempiternum prece tamen mea episcoporumque consilio. Concessit idem Algarus episcopus prefato Unfrido ecclesiam illam cum elemosinis ad tenendum eam de episcopo et ecclesia Constanciensi in manu sua, tantum sive quousque religionis habitum acceperit, ita quod in prebendam eam non tenebit neque teneura ista versus ecclesiam Cezariburgi aliquem respectum neque jus habe[bit]. Testibus Mathilde imperatrice, Hugone archiepiscopo Rothomagensi, A[lexandre] episcopo Lincolniensi, Nigello episcopo Eliensi, J[ohanne] episcopo

Sagiensi, Johanne episcopo Luxoviensi, Adelulf episcopo Karleolensi, Audino episcopo Ebroicensi et R. comite Legrecestie et B. filius comitis, R. de Ver, R. de Cruci et Unfridus de Bohon et Hugo Bigot, R[obertus], Bertranus, W. de Wernan, W. filius comitis, Johannes Viarin. Apud Rothomagum, anno ab Incarn[atione] M° C° XXX° III°.